



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

xij. Quem excommunicatum tam antiquo, quam nouo iure vitare teneamur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13883**



arg. in Reg. Præsumitur, de Reg. iur. lib. 6. & notat Inooc. in cap. veniens, de verb. signific. lib. 6. poterit quis absque vilo crimine, aut pœna periculo cum tali communicare, qui communicat pro absoluto habetur, licet mihi de certo de absolute non constet, vt expressè docent Panor. vbi suprâ, & Couar. & Vgolin. & Henric. in ca. cum desideres, de sent. excomm. & Siluest. in verbo, excommunic. §. dub. 17.

Es denique, etiam priuilegiati à Papa ne excommunicari possint, excommunicatos denunciatio haud secus ac alij vitare tenentur, vt habetur in cap. Nulli, & ibi glos. & DD. de sent. excomm. & c. cum & plantare, §. excommunicatos, & ibi glo. in verbo, excommunicatos, & Panorm. num. 1. de priuileg. Couar. in cap. alma mater, 1. part. §. 1. num. 2. de sent. excomm. libr. 6. & Vgolin. de cens. Eccles. Tab. 2. cap. 23. num. 2.

*Octauo*, Excommunicatus ipse cum alijs communicare prohibetur, non propter nos, sed propter seipos, immo multo magis ipsi alios vitare tenentur, tum in Diuinis, tum etiam in humanis, cum eorum causa prohibitio hæc facta sit, vnde, sicut alij ipsum, ita ipse alios multo magis vitare tenetur, quod enim de vno correlatiuorum statuitur, etiã de altero statutum esse censetur, arg. l. si. ff. de acceptillat. & ita expresse docent Hostiensis in Summa, lib. 5. titu. de sent. excomm. num. 11. versic. Illud etiam notandum, & Ioan. de Lignano de cens. Eccles. §. 27. num. 2. Panormi. in cap. Illud, num. 6. de Cler. excomm. ministr. & idem Panor. in cap. Nulli, num. 3. & ibi Felin. de sent. excomm. Domin. in cap. Nullus, dist. 55. Marian. Soc. in cap. Illud, num. 1. r. de Cler. excomm. ministr. Gabr. 4. dist. 18. q. 3. art. 3. dub. 5. Adrian. in 4. Sent. in tract. de Clauibus, art. 3. princip. vers. Pro huius solutione est præmittendum. Nauar. in cap. 1. §. labore, nu. 4. de pœn. dist. 6. Henriquez lib. 13. de excomm. c. 11. §. 1. Vgol. de censur. Eccles. Tab. 2. cap. 22. qui omnes docent, sic excommunicatum tenet alios vitare, & peccare mortaliter non vitando alios; quia contemnere videtur excommunicationem, & usurpare communionem sibi interdicitam; id quod Panor. in d. ca. Nulli hac ratione probat: quia si priuilegium sine causa non defendit, quo minus vitare teneatur excommunicatos, multo magis excommunicatio non defendit quo minus alios vitare teneatur vnde, etiam auctores citati affirmant, excommunicatum non solum vitare debere alios non excommunicatos, sed etiam alios excommunicatos, delictum enim nulli præstare debet immunitatem, & hanc communem esse sententiam DD. concludunt, id quod etiam in excommunicato occulto procedit, siquidem hic, stante etiam confessione Constantiensis Concilij, alios vitare tenetur, cum Concilium ipsis excommunicatis non intendat in aliquo fauere, vnde, etiam qui per famam tantum excommunicatum se esse nouit, alios vitare tenetur, vt notat Panorm. in cap. illud, nu. 4. de Cler. excomm. ministr. aliàs, inquit, peccat, & celebrando Diuina, in irregularitatem incidit; addique quotidie contingere, quod Episcopi excommunicantur in Curia, qui tamen notitiam excommunicationis non habent, nisi per famam tantum. Quod notandum ab omnibus esse cupit, non tamen ita grauitur delinquit, sicut si pro certo sciuisset; & idem cum Panor. in hoc sententiunt Marian. Soc. in d. cap. illud, num. 7. & Vgol. Tabu. 2. cap. 22. num. 2.

35 *Nono*, Quæ dicta sunt de vitando excommunicato, aut etiam de excommunicato ipso, vt alios vitet, de fidelibus solum accipienda sunt, vt optimè notat Durand. in 4. dist. 18. quæst. 5. num. 13. post S. Tho. in addit. 3. par. quæst. 23. art. 2. ad primum; etenim nec excommunicatus infidelium communionem priuatur, nec alij non excommunicati a consortio infidelium arcantur vi ipsius excommunicationis, vt ex c. Engeltrudam, 3. quæst. 4. & c. omnis Christianus, & c. Nihil, 11. quæst. 3. & cap. præcipue, ead. causa & quæst. vbi semper mentio fit de separatione à consortio Christianorum, & fidelium, seu ab Ecclesia, & corpore Christi; infideles autem de Ecclesia, & corpore Christi non sunt. Cur autem Ecclesia communionem fidelium excommunicatis interdicit, non autem infidelium, ea ratio est: quia excommunicatus iam Christianus est, nec amplius aliorum

consortio indiget, vt fidelis efficiatur; cum tamen infideles nunquam ad Christi fidem profitendam induci possent. si colloquium eorum fidelibus esset interdictum, vt habetur in c. infideles, 24. q. 4. vnde, & Dominus cum Publicanis, & peccatoribus manducauit, & bibit; in his vero, qui intus sunt, ad est infidelibus, putredo refecanda est. Præterquam, quod infideles parum curarent, si eorum consortium vitarem, cum tamen excommunicati erubescant, si non communicetur eis, vt latius tradunt glos. in ca. Quam pio, in verbo interuentu, 1. quæst. 2. & eadem glos. in c. Ad mensam, in verbo permittimus, 1. quæst. 3. & Anchar. in Clem. 1. vers. Sexto quæro, de testibus quos refert, & sequitur Vgol. de censur. Eccles. Tabul. 2. cap. 22. §. 1. num. 4. & cap. 2. 3. num. 9.

36 *Dixi*, ex vi ipsius excommunicationis, quia per alias leges prohibentur fideles ne Iudæorum, & aliorum infidelium communionem vitantur, siquidem in cap. Nulli eorum, & c. omnes, 28. quæstio, 1. fideles cum Iudæis azima manducare ad eorum conuiuia ire, antequam conuiuio excipere, cum eis habitare, aut eorum aliquem in infirmitatibus suis vocare, aut medicinam ab eis percipere, aut cum eis in balneo se lauare prohibentur, & c. caue, & c. si quis Iudaica, 28. quæst. 1. fideles cum infidelibus matrimonia contrahere vetantur & cap. Multorum, & cap. Iudæi, 2. & cap. Ad hæc de Iudæis, Christiani prohibentur seruire Iudæis, Sarracenis, aut Paganis, & cap. Etsi Iudæos, Christianæ Iudæorum nutrices esse vetantur. Quando igitur peccatum mortale sit extra casus à iure concessos cum excommunicatis participare, ex hæcenus dictis manifestum est.

Quem excommunicatum tam antiquo, quàm nouo iure vitare teneamur.

## Cap. XII.

### S Y M M A R I V M.

- 1 *Antiquo iure, unusquisque non excommunicatus quemlibet excommunicatum publicum, & occultum vitare tenebatur.*
- 2 *Ex confessione solum sciens aliquem excommunicatum, nec olim, nec modo, illum vitare tenetur, aut debet.*
- 3 *Excommunicatus ipsemet, olim, & modo alios vitare tenetur.*
- 4 *Excommunicatus per famam habitus, de iure antiquo vitandus, & quousque.*
- 5 *Excommunicatus occultus, an, & quando cum alijs, etiam in Diuinis participare poterit.*
- 6 *Extraneus, [Ad euitanda scandala.] nouum ius circa vitandos excommunicatos, statuit.*
- 7 *Extraneus, [Ad euitanda scandala.] an temporalis, vel perpetua censenda sit.*
- 8 *Dissentio magna inter Doctores est, circa substantiam Extraneus, [Ad euitanda scandala, & auctores pro vtraque parte afferuntur.]*
- 9 *Auctoris opinio de lectione, & intelligentia Extraneus, [Ad euitanda scandala.]*
- 10 *Extraneus, [Ad euitanda scandala.] nullo modo sibi ipsi contrariatur.*
- 11 *Extraneus, [Ad euitanda scandala.] nullo modo ipsimet excommunicatis fauet.*
- 12 *Excommunicatis generaliter, ante denunciationem, Sacramenta licite conferri non possunt.*
- 13 *Excommunicatus an post Extraneus, [Ad euitanda scandala.] iurisdictionem ante denunciationem amittat.*
- 14 *Excommunicatus occultus hodie, nec secreto vitandus est.*
- 15 *Excommunicatus, cuius excommunicationis fama est, nec*



- nec publice, nec priuatim, ante denunciationem vitandus.*
- 16 Excommunicatus specialiter, seu nominatim, ante iudicis denunciationem vitandus non est.
  - 17 Nominatim excommunicatus quis dicendus.
  - 18 Excommunicatus notorius ob Clerici percussorem, tum publice, tum priuatim ante denunciationem vitandus.
  - 19 Notorium dicitur, quod in maiori parte viciniae, aut Collegij, aut oppidi per testes oculatos notum est.
  - 20 Missa presbyteri notorie fornicarij, & concubinam habentis, an audienda.
  - 21 Sicut excommunicatum denunciatum, ita etiam & suspensum, & interdictum denunciatum, in eis quae per censuram illis prohibentur, vitare tenentur.
  - 22 Ad excommunicatum vitandum, requiritur denuntiatio nis scientia, & quis scire censetur.
  - 23 Interdictum Ecclesiasticum ob solam famam obseruandum non est, & quare.
  - 24 Prelato dicenti aliquem esse denunciatum credendum est.

**V**T autem materia haec, quae satis dubia, & difficilis est, manifesta, clara, & facilis reddatur, quid utroque iure licitum, aut prohibitum sit, breuiter ostendemus.

- 1 *Primo* igitur, de iure antiquo, vnusquisque non excommunicatus vitare tenebatur omnem, & quemcumque excommunicatum, non solum publicum, sed etiam occultum, licet non eodem modo: Nam publicum, tam in occulto, quam in publico; occultum verò solum in occulto vitare tenebatur, dummodo de excommunicatione ei cõfiteretur, vt habetur in cap. cum non ab homine, & ibi gloss. in verbo, Denunciatus non sit, & ibi Panorm. nu. 2. 3. & 7. de sentent. excomm. Ratio autem cur occultus excommunicatus in secreto vitandus sit, haec esse potest, quia talis verè excommunicatus est, cum excommunicatio executionem secum trahat, cap. pastoralis. §. verum, de appellat. & proinde vitandus; Nam denuntiatio excommunicati non excommunicat eum, sed solum excommunicatum esse declarat, nec denunciatio fit, nisi ob ignorantes.
- 2 *Hoc* autem intelligi debet de scientia, quae habetur extra confessionem; si enim quis aut olim sciret in confessione Sacramentali aliquem fuisse excommunicatum, aut etiam modo aliquem esse denunciatum, neque tunc, neque modo teneretur aut debet talem vitare, & hoc propter maximam sigilli Sacramentalis obseruationem, vt docent Henric. & Hostiens. in d. capit. cum non ab homine, de sentent. excomm. & idem Hostiens. in cap. omnis vtriusque sexus, de penit. & remiss. Summa Astensis. 2. par. libr. 7. tit. 11. art. 1. quæst. 27. Rich. in 4. dist. 18. art. 6. quæst. 5. & 4. dist. 11. art. 4. quæst. 2. ad 4. Palud. 4. dist. 18. qu. 6. art. 2. & Syluest. verbo. excomm. §. num. 28. dub. 19. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 10. art. 5. dub. 6. Ioan. Medina C. de confess. in qu. 48. §. Aliud dubium, vers. sequitur vlt. Sorus in relect. de ratione tegendi secretum, memb. 3. quæst. 4. dub. 3. post Concl. 5. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 2. nu. 3. de sentent. excomm. lib. 6. Henriquez. lib. 3. de excomm. ca. 6. §. 1. immo etiam huius sententia est Scotus, 4. d. 21. qu. 2. §. ad argumenta, in fine, vers. Respondeo sicut ad tertium, quicquid Medina, & Couar. vbi supra, contrarium illi ascribant, vnde Vgolin. & Rod. vt testatur Astensis vbi supra, arg. c. si tamen, 6. qu. 3. & Adrian. in 4. in tract. de Confess. post dub. 9. in quæst. quae incipit. *Circa materiam Confessionis*, in fine, vers. ad argumenta principalia. §. Ad sextum, non sunt audiendi, qui in hoc casu talem in occulto a Confessore vitandum esse dicunt, verè ignorans est huius excommunicationis, cum ea lata sit a Lege humana, exterio rem debeat eius scientiam habere, vt excommunicatum talem etiam secreto vitare teneatur.
- 3 *Secundo*, Qui excommunicatus est, eodem modo, & nunc, & de iure antiquo tenebatur alios vitare; & quidem si occultus excommunicatus est, tenetur alios tam excom-

municatos, quam non excommunicatos in occulto vitare si publicus tam in occulto quam in publico.

4 *Tertio*, Qui per famam excommunicatus habebatur; aut quem per duos testes excommunicatum esse probari poterat, de iure antiquo vitandus erat, quousque ad arbitrium Episcopi se purgaret, & ad cautelam absolueretur, vt de primo habetur in cap. cum desideres §. 2. q. sentent. excomm. & de secundo tradunt Innoc. & Panor. num. 6. Henric. & Felin. in d. c. cum desideres.

5 *Quarto*, Quamuis Syluester in verbo, excommunicatione, 3. versic. 5. & vers. 6. & Couar. in cap. alma mater, §. 2. num. 11. vers. Quamobrem, de sent. excomm. lib. 6. putent occultum excommunicatum non posse participare cum alijs in Diuinis nec in occulto, nec in publico, & si celebraret, fieri irregularem, & incurrere alias pœnas latas contra violatores excommunicationis; mihi tamen videtur verior, vt est mitior contraria sententia, cum Soto, 4. dist. 22. quæst. 1. artic. 4. Concl. 1. versic. Ait verò. Alphonso de Castro, lib. 2. de potest. leg. pœn. cap. vlt. Concl. 2. Martino Ledesm. 2. 4. quæst. 25. art. 1. in fine. Nauarr. de penit. dist. 6. cap. 1. §. labore in fine, & alijs, quos citauimus hoc lib. 2. cap. 2. in fine. Si hoc faciat ad vitandum scandalum, & ad necessariam suae vitæ, aut famae cõseruationem, nec peccat mortaliter, nec irregularis erit nec alias pœnas incurret: quia ius posituum non solum huic iuratum, sed etiam Diuinum credit iuri naturali Diuino; Ad verò scandali vitatio, & famae defensio, de iure naturali Diuino sunt; & proinde in hoc casu cessat omnes ius humanò, præsertim, si per ipsum excommunicatum non stet quo minus absoluitur, id quod, tam de iure antiquo, quam de iure nouo procedit, de re qua latius in loco proxime allato disseruimus.

6 *De iure nouo* alia dicenda, & obseruanda sunt, Primò quidem, auctoritate Concilij Constantiensis, & Martini V. Conditam fuit Extrauagans quaedam, concedens participationem cum excommunicatis, quae condēnata fuit postea per Concilium Basileense, antequam fieret scissura, & per Eugenium IIII. Quae constitutio quoniam ius vetus corrigi, & nouum constituit, & materiam censurari explicat, ex cuius expositione innumeræ Doctorum antiquorum controuersiae dissoluntur, exemplum eius describimus, prout refertur ab auctoribus fide dignis, qui huic Concilio interfuerunt, vt testantur S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 3. Ioan. Dried. de libert. Christiana, pag. 88. Adrian. in 4. Sent. tract. de Confess. quæst. 9. & tract. de Clauibus q. 3. & tract. de Eucharistia, quæstio. vii. versic. oritur quæstio. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 35. Tenor autem Constitutionis est iste. *Ad euitanda scandalum, & multa peruenia, qua conscientijs immoratis contingere possunt, Christi fidelibus tenore presentium misericorditer indulgemus, quod nemo deinceps a communicatione alicuius, Sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs quibuscumque Diuinis iuris, & extra, prætextu cuiuscumque sententia, aut censura Ecclesiastica a iure, vel ab homine generaliter promulgata, renouata, abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Ecclesiasticum obseruare, nisi sententia vel censura huiusmodi fuerit illata contra personam, Collegium, Vniuersitatem, Ecclesia communitatem, aut locum certum, vel certam a Iudice publicatam, vel denunciata specialiter, & expresse, constitutionibus Apostolicis, & alijs in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Saluo, si quem pro sacrilega manuum iniectione in Clericum sententiam latam a Canone adeo notorie confiteri incidisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo suffragio excusari, nam a communicatione illius licet denunciatus non fuerit, volumus abstinere.* Et infra; *Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, aut prohibitos, non intendimus in aliquo releuare, nec quomolibet eis suffragari.* Haec tenet Concilium Constantiense, vt auctores referunt.

7 *Circa* quam constitutionem, nonnulla in sequentibus adnotanda sunt:

*Primum est*, Quod initio cum condita fuerat haec Constitutio, sparsi fuerint rumores multorum, dicentium, illam non fuisse perpetuam, sed solum ad quinquennium, & in Con-



Concilio propositam, sed non acceptam, præcipue a b  
Ital. Vnde, quidam Episcopus Busoniensis in Polonia,  
Andreas nomine, his rumoribus permotus, ab ipsomet  
Martino V. petijt, verumne hoc esset, ab eoque responsum  
accepit, eam esse perpetuam, & hanc suam intentionem  
fuisse, vt ibi S. Antoninus testatur, vbi etiam scribit, se hoc  
audiuisse a quodam Iuliano Cardinali, qui fuit Legatus A-  
postolicus in eodem Concilio, Constitutionem hanc in Co-  
ncilio promulgatam fuisse per dictum Pontificem omnes-  
que Concilij Patres eam laudasse, & approbasse, eamque  
perpetuam esse de iure, & omnibus Christianis datam. Qui  
ambo, Andreas scilicet, & Iulianus, eidem Concilio inter-  
fuerunt.

Alterum est, in hac Constitutione tres partes sunt, in qua-  
rum prima vniuersaliter conceditur non excommunicatis  
participatio cum excommunicatis, etiam in Sacramentis  
actiue, & passiuè, & de hac parte nulla est inter Doctores  
controuersia. In Secunda parte, due exceptiones continen-  
tur ex generali regula tradita in parte præcedenti, vt in duo-  
bus casibus cum excommunicatis communicare non possi-  
mus; Primus casus est, si excommunicatus sine a iure, siue  
ab homine denunciatus, & publicatus sit excommunica-  
tus; Secundum est, si sit excommunicatus ex percussione  
Clerici adeo notoria, vt non possit vlla tergiversatione ce-  
lari, neque vilo iuris suffragio excusari. De primo casu etiã  
inter DD. constat, in quo omnes conveniunt; in secundo  
verò casu, inter se dissentiunt. In Tertia parte declaratur  
totum privilegium huius Constitutionis esse in fauorem  
solum eorum, qui non sunt excommunicati nullo autem  
modo in fauorem ipsorum excommunicatorum, de qua  
parte difficultas etiam est, eo quod primæ parti repugnare  
videatur, vt inferius dicitur.

De Secundo casu partis secundæ, in quo cum excommu-  
nicatis participare vetatur, est magna dissensio inter DD.  
circa substantiam ipsius Constitutionis, quidnam in ea pro-  
hibeatur. Nam S. Anton. Driedo, Adrian. Nauar, locis cit.  
Gabr. 1. distinctione 18. quaestione 3. articulo. 1. Notab. 3.  
versic. Huius autem Decretalis, Martin. Ledesmi. 2. part. 4.  
quaest. 25. artic. 1. Caiet. 3. parte, quaest. 64. artic. 6. Francisc.  
à Victoria in Summa, de excommunicatione, num. 17. So-  
tus, 4. d. 22. quaest. 1. art. 4. & Ioan. Medina, C. de Confess.  
quaest. 22. Ruard. Tapper. in explic. art. 1. §. 8. versicu. Nec  
tantum maiorum, Petr. Sotus, lect. 3. de excommunicatis in  
fine, & lect. 6. de Ministro Confess. Henriquez libro 13. de  
excommuni. cap. 5. §. 1. affirmant, & referunt hunc casum,  
quod tenetur vitare illum solum ita notoriè excommuni-  
catis, qui ex percussione Clerici excommunicatus est,  
quam relationem S. Antoninus vbi supra, testatur se acce-  
pisse à D. Nicolao de Dinchel Serbuhel, & D. Andrea Epi-  
scopo Busoniensi qui interfuerunt Constantiensi Conci-  
lio, & à D. Iuliano Cardinali; Alij verò, vt Nicolaus de  
Osmo, ordinis Minorum, in Supplemento Pisanelle, in  
verbo, Clericus, 3. in fine, hunc casum aliter refert, scilicet,  
in eo prohiberi communicationem cum omni ita notoriè  
excommunicato, vt nulla possit tergiversatione celari, aut  
aliquo iuris suffragio excusari, & affirmat se hoc extraxisse  
de libro D. Card. Iuliani, tituli Sanctæ Sabine, qui vul-  
genter dicitur Sancti Angeli, qui præfuit dicto Concilio,  
qui sibi Constitutionem illam ostendit in camera, & stu-  
dio suo Florentiæ, die 2. Decembris 1440. vnde Felinus in  
c. Rodolphus, col. antepenult. de Rescriptis, ait, in hac re  
hoc esse mirabile, quod due partes contrariæ se teneantur  
eodem auctore; & hanc lectionem, quæ est in Concilio Ba-  
sileensi, Sess. 20. in fine sub titulo, de excommunicatis non  
vitandis, aliqui ex recentioribus sequuntur, vt Felinus vbi  
supra, qui tamen dubius est, quam sequi debeat, inclinatur  
tamen in lectionem Concilij Basileensis, & Pragmatica  
sanctio Gallicana ex Concil. Prouincialis Bituricensis de-  
creto in tit. de non vitandis excommunicatis Panorom. in  
Clem. 2. de sent. excom. Albertinus repet. in Rubr. de hæ-  
reticis, num. 44. Syluester, in verbo excom. s. nu. 9. Couar.  
in 2. alma mater. 1. par. §. 2. num. 7. vers. Quidam verò, de  
sent. excom. lib. 6. quamuis dubius sit, quam lectionem se-  
qui debeat, tandem tamen lectionem Concilij Basile. tan-  
quam posteriorem, & à Nicolao V. & alijs confirmatam,

sequendam esse putat, & Ioan. Baptista. Antonucius in Ca-  
techesi Neapolitana, lib. 5. cap. 14. & Vgolin. de censur. Eos-  
cles. Tab. 1. cap. 13. §. 7. num. 7. ex Concilio igitur Constantiensi non omnis notoriè excommunicatus ante depurac-  
tionem vitandus erit, sed is solum qui ex causa iniectione  
manuum in Clericum omnino notoriè excommunicatus  
est, ex Concilio autem Basileensi etiam quilibet omnino  
notoriè excommunicatus, ante denunciationem vitari de-  
bet, secundum ea quæ diximus.

Ceterum in hac DD. controuersia mihi videtur non solum  
probabilior, sed simpliciter vera, & tuto practicanda  
prior opinio, secundum lectionem S. Antonini & aliorum,  
quos reuolimus, primo quidem, quia est mitior, ceteris autem  
partibus, semper adhaerendum est sententiæ magis pie.  
Secundo, quia est conformior praxi totius Orbis, & etiam  
ipsius Urbis, seu Curie Romanæ. Tertio, quia habet pro  
se auctores numero, & auctoritate patet, & forte maio-  
res; immo etiam auctores secundæ sententiæ satis dubij  
sunt; & Syluester, quamuis eam tenuit in Summa, postea  
tamen in suo Confessorio eam reuocauit, in epistola quæ  
ibi habetur in ultimo folio, ad Lectorem, vbi expressè di-  
cit standum esse sententiæ, & Extravaganti Concilij Con-  
stantiensis, & non determinationi Concilij Basile. addi-  
que, quod quando scripsit Summam, putauit prædictam  
Constitutionem Concilij Basileensis fuisse editam, ante-  
quam Eugenius IV. reuocaret illud Concilium, & quod  
postea legit Ioannem de Turrecremata qui in Summa de  
Ecclesia, lib. 2. cap. 100. ait, prædictam Extravagantem  
non fuisse editam nisi post scissuram Concilij, vnde infert  
ibi Syluester, illam nullius esse momenti, ideo nec illi esse  
standum, sed adhaerendum esse Extravaganti Concilij  
Constantiensis, prout Turrecremata vbi supra docet. Et  
Nauarrus, licet olim in Summa, cap. 9. tenuit seruandum  
Decretum Basileense, vt vitare teneantur, omnes notoriè  
excommunicatos; in vltima tamen editione, Anno 1582.  
ibidem, cap. 9. num. 8. versic. Quinto deducitur, se corrigi  
prius dicta retractando, immo Martin. Ledesmius, qui-  
nino standum esse vult Concilio Constantiensi, cum eius  
Constitutionem Martinus V. perpetuam esse voluerit. Quar-  
to quia alijs vel difficile omnino, vel non ita facile erit  
excusare à multis peccatis omnes Catholicos in Germa-  
nia, Gallia, Anglia, Polonia, & aliquot alijs Regnis, qui  
quotidiè & singulis ferè horis, & momentis communicant  
cum hæreticis, quos constat notoriè hæreticos esse, & con-  
sequenter excommunicatos arg. cap. excommunicatus, 1. de hæret. & per Bullam Cens. Domini, quæ Consuetudo  
optima Legum interpret est, arg. c. cum dilectus, de con-  
suetud. & l. Minime, ff. de legib. Quinto quia vt notat Hen-  
riquez vbi supra, falsum est, Concilium Basileense à Nico-  
lao V. confirmatum fuisse; siquidem non confirmauit il-  
lud, nisi in quibusdam factis, vt in beneficijs, dispensatio-  
nibus, & absolutionibus a censuris, quas dictum Con-  
cilium concesserat, vt constat ex Bulla Nicolai V. ad finem  
vltimæ, id est, 45. Sessionis Conc. Basile. Sub Datum Spoleti,  
Anno Incarnationis Dominicæ 1449. Decimoquarto  
Kalendas Iulij, Pontif. eiusdem Nic. V. anno tertio. In re-  
quis non est confirmatum, cum fuerit Concilium acceptum  
solum; immo in Conc. Lateran. Sub Leone X. Sess. II. dicitur,  
quod Concilium Basileense non fuit Concilium, sed Con-  
ciliabulum; & constat in multis errasse, & male Eugenium  
IV. deposuit, vnde eius Decreta reuocauit Eugenius IV.  
præter pauca, inter quæ non exprimitur hoc de vitandis,  
notoriè excommunicatis; Ob quæ omnia, & alia multa,  
Decreto potius Concilij Constantiensis, quam Basileensis  
standum esse censemus.

Circa Tertiam partem Constitutionis duo maxime dubia  
sunt: *vnus est*, Quod hæc tertia pars primæ parti  
eiusdem Constitutionis contraria esse videtur; Si enim ex-  
communicatus in nullo per hanc Constitutionem subtra-  
uatur, consequens est, vt mortaliter administrando mibi  
Sacramenta peccet, quod si ipse mortaliter peccat, ergo, &  
ego etiam petendo ab eo Sacramenta mortaliter pecco,  
eod. quod illum ad mortaliter peccandum induco, vt excom-  
pli gratia, si sciam Petrum esse excommunicatum, non ta-  
men denunciatum, no nulli id illicitum esse putant, ob  
rationem



rationem allatam: Alij verò rectius docent, eo ipso quod conceditur non excommunicatis, quod participare possint cum excommunicatis in Sacramentis, necessario confecti, quod ipsemet excommunicatus quando ministrat Sacramenta requisitus a non excommunicato non peccet, (dummodo contritus administrat) maxime, si eius parochus & proprius Sacerdos sit, cui ex officio illa ministrare incumbit, vt optimè, & expresse docent Gabr. 4. d. 18. q. 3. artic. 3. dub. 5. & Navar. de orat. Notab. 22. num. 7. vers. Non obstant. Sotus 4. dist. 1. quæst. 5. art. 6. Concluf. 6. & dist. 22. quæst. 1. art. 4. Concluf. 1. vers. aut, verò illic. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 2. 5. art. 1. Henriquez libr. 13. de excom. cap. 6. §. 3. & cap. 10. §. 3. Ratio est: quia ex opposita sententia nulla gratia fidelibus in illa Extravaig. *Ad vitanda scandala*, concederetur, cum non possent communicare cum excommunicatis generaliter, magis quam ante talem concessionem. Cum igitur Concilium fidelibus concedat, vt communicent cum excommunicatis generaliter, consequens est. Sacerdotes ipsos sic generaliter excommunicatos, etiam extra necessitatem, a suis subditis licite invitari posse, & in casu necessitatis compelli, vt eis Sacramenta ministrent, verbi gratia vt confessiones eorum audiant. Eucharistiam tempore Pasche, Iubilæi, aut mortis articulo, administrant, absque eo quod hac illis administrando peccent, alioquin enim non satis consultum fuisset conscientijs vtriusque, si subdito liceret Parochum inducere, & non etiam liceret Parocho sine peccato illa ei ministrare. Nam si Sacerdos peccaret, tenderetur se alteri communioni in hoc casu subtrahere, atque adeo, neque possent subditi illos compellere, neque alij tuto illos invitare. Quare, quod sic invitatus administrando non peccet, non quidem favore suos, sed non excommunicati petentis favore subleuatur, sicut tempore interdicti, quidam famuli fruuntur alieno privilegio Domini pro officijs Diuinis, & tempore prohibito vt fruuntur privilegio sponsæ pro benedictionibus nuptialibus. Et certe, otiosum aliàs esset Concilij Constantiensis privilegium, si subditas iuste & licite petere posset, & tamen Parochus excommunicatus iuste negaret. Hoc igitur exceptum Sacerdos talis, non suos, sed alieno privilegio, subditi nimirum iure petentis fruuntur. Censetur autem tunc ad hunc effectum, ne peccet vel absolvetur inuisibilem sacerdotem Christum, vt putat Henriquez vbi supra, vel potius Ecclesia in tali casu prouidit tempore limitat & suspendit excommunicationem, in quam elapso tempore ministrations Sacramentorum reincident Sacerdos, vel certe, quia excommunicatus permanens in excommunicatione, tantum prohibetur administrare Sacramenta iure Ecclesiastico, in quo Ecclesia pro illo articulo dispensat.

11. Hinc sequitur Primo, Quod licet per hanc Constitutionem nullum ius aut patrocinium ipsi excommunicatis concessum sit, si excommunicatus spontè se offerat ad Sacramenta ministranda, peccat mortaliter, quia ipse nullo modo subleuatur, quod autem favore suo ea petentis subleuetur, non est ipsum subleuare, sed me, quia nisi ipse subleuatus essem, vnde ipsi excommunicati etiam ante denunciationem ab his qui excommunicatis interdicta sunt, abstinere tenentur, eodem profusus modo quo ante Constitutionem hanc tenebantur, & consequenter, alios vitare à Sacramentis, & officijs Diuinis, & Missa audienda abstinere debent, quia in his alijs non excommunicati opera sua non indigent, id quod expresse testatur Martinus Ledesm. 2. 4. quæst. 25. artic. 1. dub. 2. in fine Sotus, 4. dist. 22. quæst. 1. artic. 4. Concluf. 1. vers. c. aut verò illic. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 2. num. 11. de sent. excom. libr. 6. Henriquez libro 13. de excommunic. ca. 6. §. 4. in annot. litera B. post Syluestr. in verbo, excommunicatio 3. versiculo quinto, & Panor. in cap. illud numero septimo, de Cler. excommunic. ministr. & in cap. Nulli numero 3. de sentent. excommunic.

12. Sequitur secundo, etiam post Concilium Constantiense licite conuerti non posse Sacramenta generaliter, aut publice excommunicatis, etiam ante denunciationem, quæuis ipsi excommunicati vitandi non sint priusquam denunciarentur: Ratio est: quia Concilium Constantiense nihil in

favorem ipsorum concessit, & ipsi iurte illius Sacramenta sumere non possunt, ex alia uero parte iure Diuino & naturali prohibemur *Sacramenta dare omnibus*, Matth. septimo & ipsi eodem iure ab eis abstinere tenentur, & proinde neque hoc illis aut Concilium concessit, aut concedere potuit, vt latius tradunt Ioan. Driedo, li. 1. de lib. Chr. pag. 89. Adrian. tract. de Clauibus quæst. 3. versic. Sed quoniam multis casibus Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. artic. 1. dub. 3. Sotus, 4. dist. 22. quæst. 1. art. 4. Concluf. 1. versic. unum autem. Couar. in alma mater. 1. par. §. 2. num. 11. versic. His accedit, de sent. excom. libr. 6. Vgol. de cens. Ecclesiast. Tab. 2. c. 7. §. 1.

13. Alteri dubij circa hanc tertiam Constitutionis parte est. An virtute huius Constitutionis excommunicatus retineat iurisdictionem in vtroque foro, videtur enim non retinere, quia ipse in nullo subleuatur. Nihilominus tamè existimo certum quod iurisdictionem fori interioris retineat: quia cum concessum sit mihi recipiam ab eo Sacramenta in generali, ergo etiam Sacramentum Pœnitentiæ, vnde valide à peccatis me absolueret poterit, vt latius in hoc ipso lib. 2. cap. 1. in propositione quarta docuimus. Immo etiam valde probabile est, retinere etiam iurisdictionem fori exterioris saltem in illis casibus in quibus procedit in alterius fauorem, sic enim non suo sed alterius favore subleuari poterit, id quod non male fortassis ex illis verbis Constitutionis *Intus, & Extra* colligi poterit. Possimus enim interpretari *Intus* id est in foro interiori, & *Extra* id est in foro exteriori. Quibus addo, probabilissimum esse etiam secundum ius antiquum, excommunicatos iurisdictionem vtriusque fori retinere, quoadiu ab Ecclesia tolerantur in officio, idque ratione boni communis, cum aliàs quam plurima vtriusque fori gesta in dubium semper reuocari possent, vt pluribus docuimus lib. 1. c. 5. non longè à fine, & id expresse testatur Innoc. in c. Si vere, de sent. excom. & Felin. ibidem, nu. 7. & in c. ad probandum, num. 7. de sent. & re iudic. Panor. in cap. ab excommunicato, nu. 8. de Rescript. & in c. veritatis, numer. 43. de de lo & contumac. & in c. ad probandum, num. 15. in quibus omnibus locis, hanc opinionem veriorum, & tutiorum esse affirmat Palud. 4. dist. 18. q. 2. art. 3. Sotus, 4. dist. 22. q. 2. art. 1. vers. Dubium autem est. Nau. in Manuali, c. 27. n. 7. Couar. in alma mater, 1. par. §. 7. num. 9. vers. Quid autem respondendum, & §. 11. num. 4. vers. Quir. o patet, de sent. excom. libr. 6. Vgol. de cens. Eccles. Tab. 1. cap. 3. in principio.

14. Ex huiusmodi Constitutionis explicatione multa inferuntur, quæ quotidie ad praxim reduci possunt.

Primo quidem, Excommunicatus occultus, etiam secreto vitandus non est, & ita correctum est cap. cum non ab homine, de sentent. excommunicationis.

15. Secundo, Nec vitare etiam tenemur excommunicatum, cuius excommunicationem probare possumus duobus reftibus, aut cuius excommunicationis fama publica est, dummodo non sit denunciatus, vnde, neque priuatum, neque publicè, aut in Sacramentis, aut in officijs Diuinis, & multo minus in profanis, sic excommunicatum vitare tenemur, sed tuto coram illo & officia Diuina recitare, & Sacramentum Missæ celebrare possumus, cum hæc in fauorem non excommunicatorum Concilium concesserit, vt ex merito Constitutionis colligitur, & expresse docent Sotus 4. dist. 22. quæst. 1. art. 4. Concluf. 1. versic. Aut verò illic. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 2. num. 7. versic. Ex omnibus his, de sent. excom. libr. 6. Vgol. de cens. Ecclesiast. Tab. 1. cap. 23. §. 7. num. 2. & ita tollitur responsio textus in cap. cum desideres, in Secunda eius parte, & etiam corriguntur altercatio & dissentio Panor. in cap. illud, de Cler. excom. ministr. & in d. cap. cum desideres, vbi eum sequuntur alij DD.

16. Tertio inferitur, Quod nec vitare tenemur specialiter, id est, nominatim excommunicatum, licet mihi conuictus de excommunicatione eius, antequam publice à Iudice denunciatus sit, ita expresse docet Cosmas, in Pragm. Sanctæ Gallicanæ, tit. de excommunic. non vitandis, in verbo, Generaliter. Navar. in cap. 1. Silaboret, num. 23. de pœnitenti. distinct. 6. & in Manuali, cap. 27. nu. 35. versic. Nota prius



no, & num. 93. in fine. Caiet. verbo absolutio, c. 3. Syluest. verbo excom. 3. §. 10. 11. & 23. Victoria tit. de excom. 9. 4. & 15. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 2. num. 7. versic. Quarto, & §. 6. num. 7. post Conclus. quintam, versic. Primum, de sentent. excom. lib. 6. Ioan. Medina, Cod. de Confess. quaest. 22. versic. Corolarii, ibi, *Dixi notanter*, quamuis dubius refert se ad consuetudinem. Ioan. Baptista Antonius in Catechesi Neapolitana, lib. 5. cap. 14. versic. Sexto scias. Alphonsus de Vualdo, in Candelabro, tit. de excom. cap. 75. Henriquez lib. 13. de excommunic. cap. 5. §. 1. Ratio est: quia Concilium requirit denunciationem excommunicationis, etiam si certa sit excommunicatio; vnde, non satis erit quod specialiter quis & nominatim excommunicatus sit, puta, quando citatus sub pena excommunicationis lata sententiae incurrit excommunicationem, ob contumaciam non compatendi aut non parendi, antequam per Iudicem declaretur & denunciatur, vt Nauarr. affirmat, qui etiam id Vrbs, & Orbis vsu receptum esse testatur, quicquid contrarium Adrian. 4. Sent. tract. de Sacram. Eucharistiae, cap. viso de impedimentis, versic. Quantum ad tertium, & tract. de Sacram. Confess. dub. 9. versic. Secunda propositio. Felin. in c. Rodolphus, num. 73. versic. Primum colligo, de Rescript. & Vgol. de cens. Eccles. Tab. 1. cap. 13. §. 7. num. 8. asserant, existimantes speciatim seu nominatim excommunicatum vitandum ab eo esse, qui seit excommunicationem, etiam ante denunciationem; Ceterum, prior opinio & mitior, & communior, & vsu receptior est.

17 Quod verò Bernard. in c. A nobis, 1. de sent. excomm. dicat, eum esse excommunicatum nominatim, qui fecerit aliquid contra Canonem sic excommunicationem decernentem; *Quisquis hoc, vel illud fecerit, excommunicatus sit*; adeo, vt in cõsiterit Petrum, hunc actum prohibuit fecisse erit, Nominatim excommunicatus; falsum est, & contra communem expositionem glos. in c. cum & planare, §. excommunicatus, in verbo Nominatim, de priuileg. & eadem glo. in c. constitutionem, in verbo, Nominatim, de sent. excom. lib. 6. & in Clem. 1. in verbo, Nominatim, de vita & honest. Cleric. & DD. ibi, & Panorm. in ca. In Lateranensi, num. 7. de præbend. Card. in d. Clem. 1. q. 7. Summa Aften. 2. par. li. 7. ut. 9. art. 1. in principio. Steph. Costæ, in cap. Constitutionem, num. 7. de sent. excom. lib. 6. & Arnaldi. Albertini in repet. in Rubr. de hæc. num. 44. Couar. in cap. alma mater, 1. part. §. 2. num. 8. de sentent. excom. lib. 6. qui docent, illum Nominatim excommunicatum esse, qui hac censura notatur, expresso nomine proprio, vel alijs indubitatis signis & circumstantijs appostitis, quæ certò, & absque vilo dubio eum, qui excommunicatur, significant, & demonstrent. Addit autem Henriquez vbi supra, non satis est esse, vt quis nominatim declaretur excommunicatus à Iudice in domo sua, ad hoc vt eum vitare teneamur; sed requiritur, vt publicè denunciatur in Ecclesia tempore Missæ, aut in publico loco coram multis, & vt literæ declaratorie istius personæ affigantur in loco publico, pro consuetudine Regionis, quæ dicuntur *Cedulales*, vt praxis Curie, & Orbis obseruat.

18 Quarto infertur, Quod solus excommunicatus notorius ob Clerici percussione, ante denunciationem, tum priuatim, tum publicè vitandus est, duobus concurrentibus. *Primum est*, si adeo manifestè constet aliquem in eam excommunicationem incidisse, vt nullo modo celari possit. *Secundum est*, vt notorium etiam sit percussorem nullo iuris remedio aut ratione excusare se posse, quo minus in excommunicationem incidere; vnde, licet notorium sit Petrum percussisse Clericum; si tamen notorium etiam non sit, Petrum nullam excusationem pro se habere, vitari non debet antequam citatus denunciatur excommunicatus; Quia verò hæc duò raro concurrunt, (siquidem vt ait Gabr. 4. dist. 18. quaest. 3. art. 1. Notab. 3. versic. Præterea, vix in aliquo casu tanta poterit esse facti euidencia) ideo raro sic excommunicatum ante denunciationem vitare tenemur.

19 Notorium autem dicitur, quod in maiori parte viciniae aut Collegij, aut Oppiduli, per testes oculatos notum est; & vt notant Adrian. in 4. tract. de Sacram. Eucharistiae, nõ

longe à fine, §. oritur q. & Nauar. in Manual. c. 25. nu. 73. & cap. 27. nu. 255. ad minus requiruntur decem ad patriarchiam, arg. capit. vnic. 10. q. 3. vnde scientia pauciorum quam sex, rem notoriam non reddit, sed neque sex, aut octo testes oculati sufficiunt, quando illi non sunt maior pars Cõgregationis, neque enim sex, aut octo testes vidisse in Ciuitate, satis erit, vt factum dicatur notorium, vt ait Henriquez lib. 13. de excom. cap. 5. §. 2. & Adrianus vbi supra, dicit, injicientem manus violentas in Clericum non vitandum, nisi id cõfessus, vel conuictus fuerit egisse in iudicio, vel factum egerit ad minus decem videntibus. Ceterum ex hoc nimis indulgeri videtur percussoribus; vnde rectè monent Panorm. in cap. vestra, num. 16. & ibi Cald. vt ipse refert, de cohab. Cler. & mulier. & Henriquez vbi supra, quod arbitrio & prudentiæ discreti Iudicis relinquendum est, vt ex varijs circumstantijs, & qualitate actus, loci, & temporis arbitretur, quod factum, aut crimen dicatur ita notorium, ut nulla possit tergiversatione celari; communiter autem ex tribus causatur Notorium, scilicet ex hominum scientia, & loci, & temporis qualitate.

20 Quinto infertur, Qualiter intelligendi sint textus iuris antiqui, qui docent non audiendas esse Missas presbyterorum notorie fornicatorum, & concubinas habentium, vt cap. Nullus, cap. preter. dist. 32. & DD. ibi, & c. vestra, & c. vlt. de cohabit. Cler. & mulier. & glos. in cap. De homine, in verbo, peccet grauitè, de celeb. Missar. quicquid enim sit de iure veteri, de iure nouo ex indulto Concil. Constãtensis quantumcũque fuerit notoria Sacerdotis fornicatio per facti euidenciam, non tenemur de iure humano ipsum in Sacramentis, aut officijs Diuinis, vel extra vitare, nisi per sententiam Iudicis suspensio fuerit contra eum specialiter & nominatim publicata, & denunciata, etiam si confessus fuerit in iure, vel contra eum probatum sit, ex Ioan. Maior. 4. dist. 9. dub. vlt. Gab. 4. dist. 13. art. 3. dub. 4. S. Anton. 2. part. tit. 9. cap. 10. §. vlt. Syluest. verbo, Missæ, 2. q. 3. Adrian. 4. Sent. in tract. de Sacram. Euchar. quaest. vlt. §. oritur quaestio. Soto 4. dist. 1. q. 5. art. 6. ad 2. versic. in contrarium autem, & d. 13. q. 1. art. 9. versic. veruntamen. & d. 22. q. 1. art. 4. Conclus. 1. versic. ait verò illic. Couar. in ca. alma mater, 1. part. §. 2. num. 10. versic. Sexto Barth. Medina, lib. 1. instruct. confess. cap. 11. §. 8. Henriquez lib. 9. de Sacram. Missæ, ca. 25. §. 13. & lib. 13. de excom. c. 5. §. 3. Simancha, de Catholicis Institut. c. 20. Francisc. Suarez 3. part. de Sacram. disput. 72. sect. 4. in fine, quicquid male id neget Nau. in Manual. cap. 25. nu. 80. & in capit. 1. §. labore, nu. 22. & 24. de penit. d. 6. & Ratio est: quia ius antiquum, quotalis suspensio erat, non solum consuetudine, sed etiam constitutione hac Concilij Constãtensis abrogatum est, vbi solum excipitur notorius Clerici percussor, vt diximus. Quod idem in alijs criminibus dicendum est; vnde, si feratur excommunicatio contra raptores, & publice cõstet Petrum rapuisse bona illa, non teneor ante denunciationem, aut in officijs Diuinis, aut in Sacrificijs eum vitare, immo ante illum celebrare possum, ex Soto, 4. d. 2. qu. 1. artic. 4. Conclus. 1. versic. Ait verò. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 5. §. 3. in fine. Sic etiam in alijs criminibus notorijs, puta hæresi, Simonia, & similibus, non enim istos, etiã hereticos vitare tenemur in diuinis, aut extra, antequam specialiter & nominatim denunciatur, vt ex d. Extrauag. *Ad vitanda scandala*, colligi potest, & expressè tradunt Adrian. 4. Sent. tract. de Sacramento Eucharistiae, quaestio. vlt. §. oritur q. Soto 4. dist. 22. q. 1. art. 4. Conclus. 1. versic. Teneor autem. Nauar. de orat. Notab. 22. nu. 6. & nu. 10. Henriq. lib. 13. de excom. c. 5. §. 3. vbi Nau. addit, non satis esse ad hoc, ut teneamur vitare hæreticum, quod de hæresi damnatus sit, quamuis enim incurrat excõicationem, quæ dicitur publica & notoria de iure; quia tamen non dicitur publica de facto, & nota singulis, eum multi sint rustici, qui ignorant hæreticos aut Simoniacos esse ipso iure excommunicatos, & quia varijs causis tergiversari, & excusare se possit, non vitandus esse putat, antequam expressè denunciatur excõicatus. Cuius opinio in hac re quãnis tutò defendi possit, securior tamè, & tutior est doctrina Soti, 4. d. 22. q. 1. art. 4. Cõcl. 1. versic. Tenor aut. (quæ Nau. ibi refert) & Fra. Ban. 2. 2. q. 12. ar. 2. quos refert & sequitur Henriq.



